



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

13. Transitus Religiosoum à suo ad alium Ordinem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

scopi aut Prælati Monasteriorum,  
Visitatores, Vicarii, Confessarii,  
si extra casum necessitatis ingre-  
diantur. Atque pro prima vice ab  
ingressu Ecclesiæ interdicuntur:  
pro secundâ à munere Pontifica-  
li & à Diuinis suspensi ma-  
nent, donec absoluantur, & de-  
mum ipso facto excommuni-  
cantur.

*Ex Constitutionibus Gregorii  
XIII Vbi Gratia. & Pii V. Re-  
gularium.*

XIII. In Constitutione Gre-  
gorii XIII. reuocantur omnia pri-  
uilegia quibusvis fœminis con-  
cessa ingrediendi Monasteria &  
Monialium & Virorum, Item pri-  
uilegia viris concessa ingredien-  
di Monasteria Monialium, eisque  
strictè inhibetur nè ipso præte-  
xtu loca Regularium intrare præ-  
sumant, sub pœna excommu-  
nicationis latæ sententiæ &

Papæ Reseruatæ, quæ etiam imponitur Abbatibus, Abbatissis, Conuentibus, aliisque Superioribus & personis utriusque sexus Monasteriorum quocunque nomine vocentur, Item dignitatum, officiorum, beneficiorum priuationem, atque inhabilitatem ad illa & alia, si in Claustra Regularium quamcumque fœminam deducunt aut deduci permittunt, incurront.

XIV. Sub iisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibetur omnibus Ecclesiasticis, sæcularibus & Regularibus quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium, ne prætextu licentiæ ab Episcopis aut Superioribus obtentæ (quam licet in necessitate concedere medico, fabiis, chirurgo, Confessario ad Sacraenta infirmis præbenda.) Monialium loca extra necessitatem intrent, immo hanc